

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Theodor Jordan Rudolph Walbaum

**Dissertationum Academicarum De Theologia Abstractiva, qt. Rationi Possibilis,  
Dissertatio Sexta**

Rostochii: Richelius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73054771X>

Druck Freier  Zugang



Ru.phil.1657

Theodor Jordan

Rudolf Walbaum



DISSSERTATIONUM ACA-  
DEMICARUM

DE

# THEOLOGIA ABSTRACTIVA,

RATIONI POSSIBILIS,  
*DISSE*<sup>qt.</sup>  
*RATIONE* SEXTA,

*Qvam*  
*Ex*

Suffragio Amplissimæ & Nobilissimæ  
Facultatis Philosophicæ

In præillustri Academiâ Rostochiensi  
publico Philosophantium Scrutinio  
exponit

M. THEODORUS JORDAN,

PRÆSES,

RESPONDENTE

RUDOLPHO WALBAUM,

MIND. WESTPH.

Ad diem XXI. Novembr. horis antemeridianis

In

Auditorio Majori.

•(o):(o):(o)•

ROSTOCHEI,

Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr. 1657.

30.  
Disputationem  
Malm habet sub  
num LII.

DIRECTIONS FOR MARCHING  
MUSICAL INSTRUMENTS

АДОЛІД  
АУП. АЯГСА

ЯАТИОН ПОССИБН  
ДРУГ СИЕ ВАДАД

Deinde philosophorum sententia  
de ecclesiis et ecclesiis Regis p[ro]p[ri]etate  
et de ecclesiis et ecclesiis Regis p[ro]p[ri]etate

ГЛАВА СЕДЬМАЯ

R. DODD B. 1800 WALTER BRADY





## DISSERTATIO VI.

*Ptime Philosophi: Nullum Ens operatur ultra gradum suæ perfectionis: quicquid ergo perfectionis natura tibi sufficit; DEUS ut primæ causa in se gradu comprehendit eminentissimo. Approbat idem ipse Spiritus S. בנטן אין תלה ישם*

*אמ' זכר עין תלה יבנה: quævis rationem hujus divini asserti? illam tibi Philosophus ita suppeditar: Nullum Ens operatur ultra gradum suæ perfectionis: Si ergo oculi tui, auresq; non confluenter casu, neque præter intentionem Primi agentis sive D E I; uiisque prævisus, qui primus fecit aurem, auditionem &c. siquidem finis est, quod primum in intentione. Videlicet ergo aut in se ipso, aut ex ea se: ex ea se non potuit; quia ante productionem hominis, sive ante aures, non poterat esse auditio hominis; videlicet ergo in se ipso. Quia propriez qui ab initio fecit aurem & oculum, quomodo is non videatur? quomodo non audiat? & quidem non organice seu quovis alio modo imperfecto; absit hoc à summa primi Entis perfectione, sed in & per se, sive per essentiam, modo eminentissimo. De hac primi Entis summâ perfectione præsens nostra Dissertatio. Sit ergo*

## POSITIO VIII.

*Essentia Divina, licet sit infinita, incomprehensibilis & ineffabilis; apprehen-*

Bb ditur

ditur tamen per inadæqvatos conce-  
ptus in attributis, à se invicem, non ex  
naturâ rei; sed Ratione ratiocinatâ  
distinctis.

S. I.

**C**ajetanus, qvamvis DE-  
UM purissimum esse a-  
&um concedat; illum ta-  
men Ens simplicissimum  
dici posse, negat, idq; ob imper-  
fectionem termini, qva vox sim-  
plex in DEO non perfectio-  
nem, seu Ens, sed imperfectio-  
nem sive non-Ens inferre vide-  
tur: qvia simplicitas non est po-  
sitio, sed negatio: vid Gajet. de  
Ente & Essentia cap. 2. negatio au-  
tem formaliter non importat  
perfectionem. Ast somnum:  
Simplex enim vel opponitur com-  
posito, vel divisibili, qvæ duo distin-  
gyuntur ut prius & posterius;  
quantum enim sive compositum,  
omni divisibilitate seposita, ad-  
huc apprehenditur, in suo esse  
essentiali, qvod est: esse extensum,  
vujus consequitum demum est  
divisibilitas. Simplex ergo in  
oppositione composci, non est  
negativum; sed positivum, id  
qvod inde patescit: qvod Ens di-  
vidatur essentialiter per simplex &  
compositum, ut ergo comppositio-

sive compositum est de essentiali  
qvidditate Entis positivi, qva in-  
trinsicè & per differentiam Ens  
est tale, v. g. unio qva anima ra-  
tionalis ad corpus est unita infece  
in homine Ens compositum, qvæ  
compositio est de qvidditate seu  
essentiali hominis; ita etiam Sim-  
plicity est Entis qvidditas, seu,  
ut ita loquamur, ipsa differentia,  
qva intrinsicè & positivè simplex  
opponitur composito, ut unum  
positivum alteri positivo. Se-  
qvit ergo, qvòd qvamvis sim-  
plex à Scholasticis per negatio-  
nem exprimatur; in tali tamen  
oppositione, qva simplex essenti-  
aliter & intrinsicè opponitur  
composito, non sit formaliter  
negativum; sed positivum: cum  
qvalibet differentia Entis essen-  
tialis, sit non non-Ens, sed posi-  
tivum; qvia ut admonet Stahlus  
in suis Insti. ad simplex & compo-  
situm, cuilibet differentia essenti-  
ali opponitur essentialis differen-  
tia, siquidem omni differentia  
opponitur differentia; idemq;  
Sund

sunt verba Schalii, uti compositio  
est differentia Entis essentialis:  
ita ipsi opponitur aliqua differen-  
tia; & haec ab omnibus dicitur  
*simplicitas*. Circa quae verba hu-  
jus celeberrimi Viri id annota-  
mus: quod vocem differentiae ex  
parte Entis simplicis non stricte;  
sed late adhibeat: quia simplex,  
qua simplex differentiam non  
agnoscit; quae causa etiam est,  
cur DEUS ab aliis non differens,  
sed diversus dicatur, quia diversa  
dicuntur, quae se ipsis distingvun-  
tur, difference autem stricte di-  
cunt illa; quae non se totis, nec se  
ipsis distingvuntur, sed per aliquid  
sunt, i. e. per additam differentiam,  
quam a DEO ut simplicissimo  
Ente excludimus.

S. 2. Mahet ergo quod simplex  
in oppositione ad *compositum*, non  
sit negativum, sed positivum. Si  
autem terminus *ly simplex* oppo-  
nitur divisibili; indivisibilitas  
non erit ipsis simplicis esse quid-  
am, sed si accurate progredien-  
dum, apprehenditur ut conse-  
quens simplicitatis, uti in opposi-  
tione divisibilitas in quanto seu  
composito est id quod in quanto  
ex extensione consequitur; in tali  
vero conceptu licet vox indivisi-  
bile sit formaliter negativa; non  
temea materialiter: id quod ex

opposito, divisibili nimur inappa-  
ret: id enim divisibile apprehen-  
ditur, in quo unum non est alterum,  
hoc non est illud, atque ita  
divisibile materialiter est nega-  
tio: quia vero contrariorum est  
eadem ratio; indivisibilis mate-  
rialiter erit positivum quid; nos  
dicam haec vice, quod termini ne-  
gativi sapientia suppleant vices po-  
sitivorum, id quod fit quoties ne-  
gatio excludit id quod alias impe-  
dit alicujus perfectionem, quo  
impedimento excluso, negatio  
promovet rei perfectionem, v. g.  
corporeum esse; est quidem per-  
fectio nostra essentia, quod ta-  
men ad esse ostiam primi Eptis seu  
DEI collatum summa est imper-  
fetto, quae imperfectio dum per  
negationem ly esse incorporeum  
a DEO removetur; negatio haec  
consequenter astruit DEI perfe-  
ctionem.

Dicces. Si simplicitas in DEO  
dicit perfectionem, seqvitur quod  
qua simplicius quid, eo perfectius  
est, atque ita Accidentia propriis  
accederent ad DEI perfectionem,  
quam homo substantia. Qui-  
dam ad datam objectionem re-  
spondent ita: ut provocent ad  
diffinitionem Scalig. cont. Card.  
Exert. 340. s. l. quia simplex distin-  
git in primis & in multis: illud

Bb 2

juxta

:01361



justa Scaligerum est qvod nullius est indigens; hoc, qvod multorum indiget, illud est DEUS, hoc materia prima. Regulam ergo: quo quid simplicius, eo perfectius, exponunt de simplicitate prima, non *imo*, h. m. quo quid magis accedit sua simplicitate ad simplicitatem primam, eo magis recedit à nihilo & proprius accedit ad Ens summo gradū positivum: sic intelligentia plus proximant simplici primo, quam homo. Nolunt ergo regulam intelligere de simplici *imo*: quo enim aliquid magis simplicitate sua accedit ad materiam primam; eo magis illius simplicitas irrigenere corporum arguit formarum carentiam. Verum nec tali modo Canon ille, quo quid simplicius &c. est extra omne exceptionis periculum: siqvidem etiam in genere corporum interdum, quo quid simplicius eo magis perfectius, non procedit: exemplum sit cœlum respectu mixtorum: imò quid fiet de Accidentibus, quorum simplicitatem data obiectio præprimis urget? hæc enim nec in simplicitate primâ, nec imâ suis subjectis sunt perfectiora. Nos ad objectionem ita respondemus: quo quid simplicius, eo perfectius, cæteris scil. paribus,

i.e. si cæteroquin in aliis praedictatis convenienter; discreperent vero in hoc tantum, qvod alterum sit simplex, alterum compositum in tali enim Entium collatione legitimè infertur.

Quicquid habet easdem perfectiones cum altero, nec tamen includit imperfectionem ex compositione, quam alterum includit; illud alterum est perfectius.

Hoc Ens, e.g. Substantia simplex, habet easdem perfectiones cum altero Ente, e.g. Substantia composita, neque tamen includit imperfectionem quam substantia composita importat. E.

Licet ergo Accidentia in hoc quod sint simplicia, DEO magis approximant quam homo; tamen quoad alia quam maximè recedunt; ut pote quoad per se subsistere, esse intellectuale &c. quæ plus perfectionis includunt, quam esse tantum simplex. Id quod etiam in aliis observamus DEI attributis: v.g. DEUS est immobilis; idem etiam de saxis & montibus dicimus, idone hæc & alia ipso homine ut substantia mobili perfectiora & nobiliora. S. 3. Sed missis illis accingamus nos ad ea quæ nostram datam positionem concernunt. Estq; præsens hæc nostra Differatio:

ratio: De Infinitate DEI, quatenus in DEO hæc infinitas DEI est omnium attributorum Divinorum summa perfectionis fundamentum. Vox, infinitum, est ex nucero μάχης, est itaque hæc ipsa hoc loco non sensus Grammatici, ut nomen apteron dicitur infinitum; ut pondus vel verborum modus quem infinitum seu infinitivum dicunt. Nec 2. est sensus Logici, ut non homo. Nec 3. Rhetorici v. g. questio vel thema infinitum est, quod non descendit ad circumstantias individuales. Nec 4. Metaphysici, sensu Platonico, quatenus Platoni infinitum est potentia passiva, & perfectionis susceptiva; qualis terminus Platoni erat, actus potentiam perficiens, & hoc sensu omnis creatura est composita ex termino & infinito: sic materia prima Platoni est infinita, puta per privationem specificæ determinationis; forma vero terminus vel finis. Nec 5. Mathematici vel Arithmetici, quando certæ magnitudini actu finita fieri potest accessio, quorum referendus etiam est numerus: neque enim repugnat cuilibet, quantumvis magno numero aut lineæ, fieri maiorem, dicitur alias Infinitum potestate: hic etiam spectat punctum

nec non circulus, quæ infinita dicuntur, & quidem hic, circulus scil. dum caret termino, illud vero punctum dum non est divisibile, ut sinem seu terminum accipiat. Sed 6. uti quantitatis terminus sicut est quædam sapissime à quantitate molis ad quantitatem perfectionis, seu intensivam, ita & terminus, infinitum, à quantitate molis ad quantitatem perfectionis translatus, notat Ens quod suæ perfectionis terminis canet; uti è contrario id finitum dicitur quod intra certos perfectionis cancellos tenetur, dicitur alias perfectum ex debito, uti prius perfectum absolute. Estq; hoc perfectum absolute, sive infinitum; vel infinitum ratione Entitatis, vel ratione vigoris seu potentiae, vel ratione durationis & præsentiae. Missa infinitate DEI, tum ratione vigoris, tum ratione potentiae, tum durationis, tum præsentiae; hac vice scrutinio nostro saltem subjiciamus infinitam DEI in effendo perfectionem, quatenus hæc infinita perfectio est fundamentum omnium earum eminentiarum quæ per modum attributi de DEO efferuntur.. Circa hoc nec illud prætereundum: quod terminus in tali statu consideratus adhiberi possit

privativè & positivè; privativè in-  
nuit rem actu quidem infinitam,  
qui tamen ex sua natura non re-  
pugnat certis perfectionis terminis  
includi. Positivè verò id infinitum  
dicitur quod per Entitatem sive  
naturam positivam ea est infinitum, ut nec sit nec esse  
possit intra certos perfectionis  
terminos. Ab aliis dicitur hoc  
infinitum, negative tale, cum nec  
ullo modo possit nec debeat fini-  
ti. Dum itaque circa infinitam  
Deum essendo perfectionem su-  
mum occupati, præstitionem  
quaestione non esse de infinito  
privativè: Supponimus enim cer-  
tis argumentis: **D E U M** non  
esse infinitum privativè.

Argumentum I.

*Privativè infinitam est infinitum ab extrinseco seu agente superiori.*

*Ens primum sive D E U S non est Ens infinitum ab extrinseco seu a-  
gente superiori.*

*E. Ens primum sive D E U S non  
est infinitum privativè.*

Majoris veritas innititur veri-  
tati Entis privativè infiniti, qua-  
Ens non est infinitum ex necessi-  
tate essendi: quia infinitum pri-  
vativè arguit essentiam ex se non  
repugnantem certis perfectionis  
terminis includi; quicquid ergo  
actualiter ejusmodi Ens infini-

tum habet, id ab extrinseco a-  
genti possidet. Minor vero se  
sua veritate defendit: Si enim  
Ens primum a superiori agente  
elevetur ad esse infinitum, se  
ipsum in eo quod esset Ens pria-  
num destrueret. *Q u o d* *ad* *alio* *l*  
*ib* *n* *Arg* *mentum II.*

*Infinitum privativè in effendo,  
implicatio effendi.*

*D E U S non implicant in esse.*

*E. D E U S non est Ens privative  
infinitum in effendo.*

Notanter dicimus: *privativè*  
*infinitum in effendo* sive in *essentia*:  
quia quod excellentiam vel hypo-  
staseos vel attributorum atti-  
net, non est impossibile, talia es-  
sentiā agentis finitè, illius hypo-  
stasis vel activitatis Sphaera mal-  
undè posse ampliari: id quod  
summo & nobilissimo gradu cer-  
nimus in essentiā humana nostri  
Servatoris, cui, ut Orthodoxi  
ostendunt, & hypostasis & pro-  
pria essentiæ Divinæ, non quidem  
sub ratione proprii: cum nul-  
lum proprium qua proprium sit  
communicabile, sed per modum  
quinti prædicabilis sunt commu-  
nicata, vel ut alii loquuntur non  
immediatè sed mediatè: vid. B.  
Sibal. in Axiomat. ad Titul. de prop.  
Quæstio ergo non est: an dari  
possit Ens infinitum privativè  
*Q u o d*

quo ad hypothesis & attributa infinita; sed de infinito privative in essendo, ibi dicimus: quod de jussu modi Ens quod tale est ratione Entitatis seu essentiae, ne quidem sic concepsibile; nam esse ex parte rei in essendo finitum, & tamen simul esse in essendo infinitum, est idem simul esse & non esse: pone enim essentiam finitam & ab alio dependentem, i.e. quae ab alio, non a se, posse etiam etiam privative infinitam, i.e. per gratiam a se non ab alio, eadem essentia in esse esset dependens & independens, ab alio quatenus finita, non ab alio quatenus infinita: Imo, infinitum in essendo privative, non tale esset ex necessitate essentiae, sed ab extrinseco, & ita esset Ens infinitum cum termino, qui est: essentia non per esse, absolutum & simpliciter necessarium; sed per agantem superiorius, qui agens naturam esset tali Ente prior, atque ita habet infinita natura in modo essendi agnoscere terminum, nec esset Ens primum, nec esset Ens absolute necessarium, uno verbo: cuius infinitas in modo essendi assertio mens contradictoriis.

Si 4. Impietas ergo sit, DEUM in essendo dixisse Ens infinitum privative. Quando itaque essenti

am DEI infinitam probamus loquimur de Entitate infinita negativa, i.e. essentia infinita dicit in DEO perfectionem intrinsecam, seu ex necessitate naturae, ita ut ilius perfectio in modo essendi ad nullum essendi gradum nec finitata, nec limitari possibilis; sed continet in se omnia Entium perfectiones summo grado & quidem vel formaliter, vel eminenter.

Dicimus itaque 1. **Essentia DEI est infinita.**

1. **Argutie I.**

**E**sentia que per se claudit omnem essendi perfectionem, in tota latitudine Entis, tamen existens, quam possibiliter, illa est infinita.

**E**ssentia DEI est Essentia que per se claudit omnem essendi perfectionem in tota latitudine Entis, tamen existens, quam possibiliter.

2. **Essentia DEI est infinita.**

ob Quod pede majori incedat; patet enim ex ejusdem oppositione; quia illam essentiam dicimus in essendo limitatam & finitam, quae determinata ad unum perfectionis genus, secundum quamlibet latitudinem perfectionem ejusmodi Ens dicitur: Ens perfectum ex debito, atque ita non est perfectum absolute & simpliciter, sive in tota latitudine Entis; sed est finita.

finitæ essendi perfectionis; Vi  
itaqve oppositionis illud Ens,  
quod includit omnem essendi  
perfectionem in tota Entis lati-  
tudine, tam existentis, quam pos-  
sibilis, non est finitæ; sed infinitæ  
essentia, sive essendi perfectionis.

Minorem vero probamus in  
specie. a.

Summum & perfectissimum essen-  
tialiter claudit omnem perfectionem  
in tota Entis latitudine cum existen-  
tia, cum possibili. p. 11

Sit enim in tota latitudine En-  
tis perfectio quædam, qva Ens il-  
lad essentialiter summum & per-  
fectissimum destitueretur; exci-  
deret utiqve veritate Entis sum-  
mi & perfectissimi: id quod non  
tantum de perfectione existente,  
sed etiam possibili metuendum:  
pone enim aliquam perfectio-  
nem possibilem, aut illam actu  
sua perfectione includit, aut non  
repugnat postmodum, quando  
perfectum illud possibile è causis  
educitur; illam includere: cum  
priori stat veritas propositionis,  
posteriori verò enervatur iterum  
ratio Entis summi & perfectissi-  
mi; cum summum & perfectissi-  
mum toties adhuc perfici posset,  
quories perfectum aliquod dedu-  
ceretur in actu.

Essentia DEI est Ens summum &  
perfectissimum essentialiter.

DEI enim essentia aut datue  
adhuc perfectius quid, aut æqvæ  
perfectum: utrumque DEUM de-  
struit in esse, tum in esse Ens pri-  
mum, tum in esse Ens numero  
unum: Si itaqve DEO nec datut  
perfectius quid, nec æqvæ perfe-  
ctum, ergo omne perfectum pre-  
ter DEUM est minus perfectum,  
ille vero omnium summus & per-  
fectissimus. Adde: quod sit Ens  
absolutè necessarium, nulla ergo  
perfectione vel augetur vel per-  
ficitur.

Dices: Si omne id quod in es-  
sendo perfectione non augetur  
est summum & perfectissimum;  
tot erunt summa, qvoterunt En-  
tia; qvia nullum Ens, in suo esse  
perfectione augetur, est enim bo-  
num in se, i.e. perfectum, & qui-  
dem ita, ut iphi nihil desit in essen-  
tia: id quod Philosophi innuunt,  
h. m. *Essentia rerum consistunt in  
indivisiibili, qvia ut sint & maneant  
ejusmodi essentia, dividunt neque-  
unt: quam primum enim ipsis es-  
sentialiter vel intrinsecè qvic-  
quam additur, vel aufertur; des-  
nunt esse id quod erant: sic tolle  
ab homine animam ad corpus  
unitum, tollis ipsam essentiam.*

Resp. Distinguendum inter Ens  
perfectum qvatenus Ens est, &  
inter perfectum qvatenus Ens  
tale

talē vēl tale, priori modo Ens dicitur perfectum absolutē, posteriori vērō comparatē, in qua comparatione Entia non sunt æqvē perfecta; sed alterum perfectione antecedit alterum: v. g. Homo, licet sit Ens perfectum quatenus Ens est, siquidem eatus constat omnibus illis qvæ ad veritatem Entis seu essentiæ spectant, imò est etiam Ens perfectum quatenus homo, præcisā scil. omni comparatione ad alia Entia, constat enim omnibus illis qvæ ad esse hominis spectant; nihilominus tamen homo quatenus consideratur, ut Ens tale & non tale, essentia hominis non est ita perfecta, ut non agnoscat essentiam se perfectiorem: optimè hoc quadrat Philosophorum distinctio, qvæ perfectionem opponunt imperfectioni vel privativa, vel negativa: Privativa, qvæ id perfectum dicitur, cui nihil eorum deest qvæ intra illud genus essendi, intra qvod Ens tenetur, ipsi competunt: negativa vērō imperfectioni, opponitur perfectio illa, qvæ Enti non deest aliqua eorum perfectionum, qvæ non qvidem huic speciei competunt, sunt tamen in genere Entis possibles: vide hanc distinctionem præter alios etiam apud

Scheibl. l. 2. c. 3. n. 31b. 317. Stante ergo adhuc nostra minore: Conclusio procedit: *Essentia DEI est essentia, qua essentialiter in eis intra essentiam claudit omnem essendi perfectionem in tota latitudine Entis tam existentis quam possibilis.*

S 5. Argumentum in specie 3.

Ens primam necessitatem & causalitatem essendi, est norma perfectionis omnium reliquorum in tota Entis productivi latitudine.

DEUS est Ens primum necessitate & causalitate essendi.

E. DEUS est norma perfectionis in tota Entis productivi latitudine, ad cujus approximationem vel maiorem vel minorem, perfectiones in aliis judicantur vel majores vel minores.

Major, probatur, dari enim magnam Eorum, inæqualitatem, qvæ alterum superat alterum perfectione, experientia omnium rerum Magistra approbat, in qua perfectionum inæqualitate semper Ens nobilius est norma ignorabilitoris, v. g. perfectissimum in genere animatorum est homo, ita ut ea qvæ plus participant de hujus perfectione, plus accedant ad summam in genere animatorum perfectionem; sic perfectiora animata sunt animalia bruta, qvæ plantæ, qvæ sensu carent. Qvia

Cc

vērō

verò in tali rerum inæquilitate non progrediendum in infinitum, à quo natura abhorret; subsistendum ergò erit in aliquo primo Ente quod norma reliquorum, ipsum verò normatum nullius: id verò esse illud Ens & necessitate & causalitate effendi primum, probatur hoc modo: quicquid præter illud, id aut est productum, aut adhuc producibile: si productum; dependentiam agnoscat ab hoc primo, ut causa prima: omnis verò effectus ejusque perfectio presupponitur in causa, potissimum in tali causâ, quæ ex se & propriâ & sufficiente virtute illam perfectionem effectui potest communicare; nunquam enim princeps causa est imperfector seu deterior suo effectu; quia quicquid effectus perfectonis recipit; recipit ab illa principali causa, potissimum cùm sit causa solitaria, quæ ex sufficiente virtute perfectionem effectui inducit; qualis est Ens illud primum; Seqvitur itaque quod omnis perfectio in tota latitudine Entis existentis sive producti sit in Ente primo, quod causa reliquorum. De perfectione verò Entium adhuc producibilium idem quoque remanet: si enim perfectio quædam possibilis, causaliter agnoscit ab hoc Ente; cùm nihil sit sui ipsius causa; supponitur illius perfectio, & consequenter in tota latitudine Entis producibilis in Ente primo, idq; ex eodem fundamento quo omnis producti Entis perfectio supponitur in sua causa. Confirmata haec tenus majore, seqvitur DEUM, qui est Ens necessitate & causalitate primum, ut normam perfectionis essentialiter seu intra suæ essentiæ perfectionem, omnem Entis perfectionem continere.

§. 6. Sed missis illis excutiamus ea quæ asserto nostro contrariantur: Primum quod objicitur est: Si DEUS omnium finitorum Entium perfectiones in se includeret; essetq; hoc modo norma reliquorum; finita normarentur ad infinitum: ast inter infinitum & finitum nulla proportio, argumentum in forma esto tale:

Mensura est homogenea mensuratio. Infinitum non est homogeneum finito. E.

Infinitum non est mensura finiti & consequenter nec perfectionis finitæ mensura.

Resp. DEUM mensuram, sive normam dici, non adeo est insolens; ita dicitur mensura sui ipsius, intellige terminum negative,

qua

quia positivè nihil est mensura  
sui ipsius: sic enim unum idemq;  
esset notius & ignotius se ipso  
st. e. non quod scipium mensureret,  
sed quia non datur aliud quod  
ipsum mensureret, vid. hic Scheibl.  
*circa term. mens.* Imò intellectus  
divinus per modum cogniti & co-  
gnoscentis est norma essentiae di-  
vinæ, secundum id., secundum  
quod perfectissimè novit quid sit,  
esse DEUM: dicitur alias hæc  
mensura *contemplativa*: sic DEUS  
dicitur mensura *præctica* reliquo-  
rum Entium, quatenus illa ut ef-  
fecta infinitæ potentia proportionaliter se habent. Cæterum  
mensura sit homogena mensura-  
to, id maximè intelligendum in  
quantitate extensiva v. g. ulna  
non est mensura diei: in intensi-  
vâ vero quantitate licet mensu-  
rants non exactè respondeat, suffi-  
cit tamen analogia quædam pro-  
portio, id quod vel inde appetet  
quod homo sit mensura reliquo-  
rum, qui tamen perfectione reli-  
quis præcellit: ast dices:

Quæcunque à DEO infinitè  
distant, illa haud possunt dici  
DEO vel magis vel minus appro-  
ximare, & consequenter ad DE-  
UM proportionaliter se habere,  
ratio: nam infinitè distare &  
tamen proprius accedere impli-

catur, poteris enim idem est quæ  
plane non accedere. Sed crea-  
turæ distant à DEO, ejusq; perfecti-  
one modo infinito. Ergò ad e-  
um non proprius accedunt, nec  
terrotius abeunt. Resp. Entia  
hæc infinitè distant à primo Ente,  
quatenus apprehenduntur ut En-  
tia finita: & ita nullum eorum,  
quorum esse est finitè esse, & de-  
pendenter, proprius vel non pro-  
prius ad essentiam DEI infinitant  
vel independentem accedit: ita  
enim alterum de DEI infinita es-  
sentiâ in modo essendi aliquid  
participaret: possunt tamen o-  
mnia Entia finita etiam appre-  
hendi ut medium inter DEUM &  
non Ens; licet itaq; modo priori  
sub ratione independentie &c.  
nulla proportio sit inter dependens  
& independens, finitum & infinitum;  
in tali tamen apprehensione quæ  
Ens finitum magis vel minus re-  
cedit à non-Ente, eo magis est  
Ens perfectiori realitate, & con-  
sequenter proprius ad DEUM ac-  
cedit, in quo summa Entis ratio  
exemplariter ut in speculo limpi-  
dissimo refulget, & quo quid minus  
recedit à non-Ente eo minus  
accedit ad hoc summum REALI-  
TATIS exemplar. v. g. quædam  
præter id quod habent esse, ha-  
bent vivere: quædam præter id

Cc 2

quod

qvod vivunt seu sunt animata sentiunt: qvædam præter id qvod vivunt & sentiunt, intelligunt: qvæ tamen omnia & plusquam hæc, imò adhuc infinita in DEO sunt gradu summo & eminentissimo. Hinc Hermes Dial. 5. Omnia in Te, o Ens Entium! omnia ex te, omnia das & nihil accipi, omnia habes, & nihil quod non habes; Tu enim omnia es, nec quicquam aliud, quod non sis Tu. Inde etiam Jamblichius de Myster. Egypti illum omnis intelligibilis radicem & supereminentiam vocavit.

§. 7. Obj. 2. Perfectio omnium Entium est in DEO; Eſſe Canem, Leonem &c. eſſe Accidens &c. est perfectio. E. Hac omnia sunt in DEO. Ratio Minoris: qvia omne Ens est perfectum.

Circa solutionem hujus noui juvat notasse 1. Distinctionem perfectionis: Perfectionem Scholastici distingunt in perfectionem qvæ est simpliciter simplex, & qvæ perfectio secundum quid; simpliciter simplex est secundum Anshelnum monolog. capitulo 4. qvæ in unoqve est melior ipsa qvam non ipsa: Circa cujus viri verba id notamus: qvod vocula: non ipsa, non sit sumenda infinite, neque contradictoriè: sed contrariè, sicut esse hominis melius

est qvam non esse sumptum contrarie; nimurum qvam esse bruti, non tamen est melius qvam non esse sumptum infinitè aut contradictoriè; eo qvod esse Angeli, aut esse DEI; qvod comprehenditur sub non esse hominis, sumptu infinitè aut contradictoriè, simpliciter melius sit; qvam esse hominis. Verum brevius perfectio simpliciter simplex ita delineatur: qvod sit perfectio, qvæ ita nullam involvit imperfectionem, ut possit stare cum subiecto majoris perfectionis. v. g. Eſſe viventem, sapiētem, potentem, est perfectio simpliciter simplex, sive enim jungantur cum Ente qvadam imperfectiori, sive perfectiori, nullib[us] infert contradictionem ad essentiam, inde & DEUS est essentia vivens, intelligens, omnipotens &c. citra essentiæ divinæ destructionem. Ab aliis hæc perfectio dicitur formalis. Perfectio secundum quid est, qvæ licet perfectio sit in genere Entis; cum aliâ tamen majori collata, est imperfectio. Perfectio est respectu illorum qvæ adhuc sunt minus perfecta, imperfectio vero in ordine ad illa qvæ adhuc magis perfecta: inde sit qvod cum aliis qvæ magis adhuc perfecta citra destructionem essentiæ jungi nequeant, jungi dicimus

erimus, intellige essentialiter, ali-  
ac nostram humanam naturam  
esse unibilem ad divinam, appro-  
bat Fides Christianorum.

Alterum quod circa hanc objec-  
tionem observandum est; est:  
quod modis alicui dicatur aliquid  
competere, & quidem ita ut illud  
ipsi insit; sit autem hoc ipsum du-  
plici modo: 1. Formaliter, 2. Emi-  
nenter. Formaliter quando ali-  
quid ipsi inest secundum ratio-  
nem formalem, i. e. secundum  
definitionem & conceptum quid-  
ditativum: sic ignis est calidus  
formaliter; quia ratio calidi igni  
revera seu quidditativè inest, ni-  
mirum quod sit corpus affectum  
qualitate Elementari, qva corpo-  
ra calefunt, attenuantur, solvun-  
tur, digeruntur, coquuntur, ut  
vult Sperling. l. 4. Inst. v. 6. vel se-  
cundum Aristotel. qva congregan-  
tur homogenea & disgregantur  
heterogena. Eminenter vero  
alicui aliquid inesse dicitur qua-  
ndo res quædam alicui competit  
seu inest, quamvis non in illa for-  
malitate, tamen sub alia longe  
nobiliore essentiâ, & quidem 1.  
quam in causa productiva. 2.  
quatenus unum continetur in al-  
tero, per aliquam sui similitudi-  
nem, sic res inferiores eminenter  
continetur in intellectu. 3. Se-

cundum vim agendi & extendendi se  
ad objectum, ut nimirum una causa  
possit facere quicquid alia potest,  
& plura adhuc; sic sensus exter-  
ni continentur in interno, & hic  
internus in intellectu; sic anima  
sensitiva continetur in rationali,  
4. Secundum rationem boni & ap-  
petitibilis; sic media sunt in fine,  
quicquid enim bonitatis in me-  
dio est id plerumque perfectiori  
modo est in fine.

S. 8. His ita ventilatis: Dicim-  
us 1. Perfectionem simpliciter  
simplicem formaliter esse in  
DEO, quia hæc perfectione ut ex  
jam dictis constat in formalis suo  
conceptu i. e. in sua quidditate  
non imperfectionem includit,  
etiam si conferatur cum perfectio-  
ne superiori. Hæc ergo spe-  
stant; Sapientia, Potentia, Sancti-  
tas &c. Dices: ast hæc ipsa sunt  
accidentia, ergone in DEO erit  
compositio cum his, sive ex subje-  
cto & accidente? Resp. Sunt in  
DEO formaliter; servata analogia  
inter esse creatum & increa-  
tum, dependens & independens  
v. g. Entitas formaliter inest sub-  
stantia, inest accidenti: ast aliud  
est; Entitas inest formaliter &  
quidditativè, & aliud; inest ut radi-  
liter vel taliter, ita etiam sapien-  
tia praescindit ab esse creato & in-  
creato,

creato, cum quidditative consideratur; in applicando vero, sive exercito actu, aliter ratio sapientiae servatur in Ente finito, & alter in infinito, ibi per modum accidentis, Essentia superadditi, hic vero *Gutus nisi in aliis.*

Dicimus 2. Perfectio secundum quid formaliter non est in DEO; quia haec perfectio in suo formaliter conceptu imperfectiōnem includit: minus ergo convenienter in DEO formaliter esse dicitur: v.g. homo in suo formaliter conceptu non est conceptibilis absque compositione ex anima rationali & corpore, in qua compositione formaliter includit dependentiam a partibus; ergo in DEO, quem purum & simplicissimum actum dicimus, haec natura non est quidditative, nisi cum destructione essentiae simplicissimae.

Dicimus 3. Perfectiones secundum quid in DEO sunt eminenter, & quidem i. qvoad gradum eminentiae primum, utpote effectiva. sic natura animalis eminenter est in DEO, cum sit objectum possibile potentiae DEI, ut calor eminenter dicitur in Sole, cum sit objectum possibile Solis, sine formaliter caloris inherentiā: nulla enī in Sole qualitas Elementa-

ris. 2. Sunt in DEO eminentes qvoad gradum tertium; quatenus essentia DEI, ut aliquid in omnibus istis perfectionibus, excellentius, & per essentiam summè perfectam, omnes tales actus attingere potest, veluti perfectio hominis est: res cognoscere per discursum, per oculos cerne. re &c. has perfectiones habet DEUS eminenter, quia ex summa sui intellectus perspicacitate intimè rerum essentias penetrat, easq; cognoscit. Sunt in DEO 3. qvoad gradum quartum: DEUS enim est finis ultimus, quicquid verò est præter DEUM, est medium, quo homo tendit & dicitur ultimatè ad hunc finem uitatum utpote DEUM. Ast mediorum bonitas eminenter est in fine, hue facit illud Paulinum Rom. f. v.20. *Cadet ergo Deus dico natus nō opus &c.*

§. 9. Verum missis illis, quibus hactenus DEI summam perfectionem omnium Entium perfectionem, continentem probavimus, argumentum nostrum qvod pro astruenda essentia DEI infinita. §. 4. in ordine primum produximus, extra omnem exceptionem firmiter procedit: fuit verò sub tali structurā:

*Quocunque essentia per se claudit omnem*

omnem Essendi perfectionem in tota latitudine Entis; tam existentia, quam possibilis, illa est essentia infinita.

Essentia DEI est essentia qua per se claudit &c. E.

Huius primo adjiciamus argumentum secundum.

Quodcumque est ipsum esse per essentiam, est infinitum in essendo.

DEUS est ipsum esse per essentiam. E. Est infinitus in essendo.

Majorem ergam deinde ita probamus: Ens cuius esse per essentiam est Ens per se, sive quod per se ex vi naturae seu suæ essentiae essentia aliter habet esse, non receptum nec participatum ab alio; contradistinguitur Enti per participationem: ut ergo Ens finitum illud est quod limites inde habet, à quo suum esse habet receptum in tantâ vel tantâ receptionis mensurâ; ita vi oppositorum, Ens cuius esse per essentiam caret unde limitetur, non erit finitum, sed infinitum; esse enim participatum limitari potest aut ex voluntate dantis tantam & non maiorem in essentiâ perfectionem; aut ex capacitate recipientis, sive silla capacitas intelligatur per modum potentiaz passivæ, sive objectivæ seu non repugnantiaz: ast eo ipso dum Ens per essenti-

am, est primum Ens & independens, excluditq; omnem à se à superiori effectivam causalitatem, simul excludit hanc suæ essentiae perfectionis limitationem tum à parte dantis, tum recipientis.

Dices: hanc limitationem perfectionis in essendo Ens primum habere posse per se seu ex intrinseco, non vero ab extrinseco.

Resp. Si hanc suæ in essendo perfectionis limitationem ex intrinseco haberet, & ex intrinseco repugnat omnem essendi perfectionem in se includere; Sequeretur quod perfectio haec limitata agnosceret principium seu causalitatem intra DEUM, arguitum DEUS non esset suum esse per essentiam, sed per participationem: quatenus ex intrinseco principio limitetur ad hoc genus perfectionis magis, quam ad aliud; & ad hunc gradum quam ad meliorem: imo in tali primi Entis conceptu, non repugnat dati multa entia ab intrinseco necessaria: quia non repugnat dari plura Entia quæ limitata habent perfectionem, ita ut ex intrinseco repugnant includere alterius Entis perfectionem.

§. 10. Hactenus quicquid pro infinita DEI essentiâ vel Solis etiam radio scripsimus; huic op-  
pugna-

pugnato rem sese exhibet Cunradus Vorstius in lib. de DEO & attrib. p. 234. cuius verba linea penultima hæc: neque DEUS actu simpliciter infinitus est, neque essendo, neque operando, tamen si respectu nostri sic dicatur utrumque.

Objie. ergo 1. Nihil in natura potest esse infinitum, ergo nec DEUS. Resp. Latitat dolus sub termino naturæ: autenim Adversarius termino hoc intelligit naturam naturantem; Si prius; falsitatem majoris vel etiam Corydon de silva os faciat: inititur enim hoc principio: quicquid est impossibile Enti dependenti, est etiam impossibile Enti independenti, quæ argumentatio vel ferula in pueris corrinda; si autem intelligat naturam naturantem; major erit ipsum.

Obj. 2. Actu infinitum esse, & in specie hoc vel illud esse, contradictionia sunt: quia omne quod actu est hoc aliquid, in se ipso finitum, id ad certum aliquod Entis genus contractum est, argumentum Vorstii est tale:

Quicquid actu est hoc aliquid, non illud; id in se est terminatum & finitum.

DEUS actu est hoc aliquid non illud: E DEUS in se est terminatus, & finitus.

Major; Si enim daretur unum Ens actu infinitum simpliciter, non possent intelligi possibilia alia entia ab illo distincta, eoque infinitum, Ens totum in se claudat. Resp. Ens non dicitur vel finitum vel infinitum pro nostra mentis operatione, quatenus illa Ens apprehendit. ~~actus~~ infinitæ, i. e. indistinctæ, vel ~~actus~~ definite sive distinctæ; idq; propterea; quia infinitas in primo Ente a nobis non assertur quod consistat in multitudine Entium, quæ cum multiplicazione ~~actus~~ in se comprehenderet; Sed hæc infinitas consistit in eximia perfectione unius Entitatis: ut ergo hæc infinitas & indivisibilis perfectio non tollit Entis unitatem; ita nec tollit hujus infiniti Entis ab aliis distinctionem: quia unum est indivisum in se & divisum a quolibet alio.

Dices 1. Si divisum ab omni alio, ergo est terminatum ab omni alio, atqui ita in se possidet, quod DEUM terminat esse se & non esse illud vel illud. Resp. Hæc distinctio sive divisio essentiaz divinæ ab aliis essentiis non fit per limitationem perfectioni superadditam; sed per ipsam nobilissimam & perfectissimam essentiam: inde ab aliis essentiis non

tion tam DEUS dicitur differens, quam diversus: vid. §. i. hujus Dis. ut enim infinitum quantitatis, si illud detur, vel dari possit; non propterea dicitur infinitum, quod hoc infinitum corpus sit etiam alterum & illud & illud, & a nullo alio corpore distinctum; sed quod dum infinitum, excludat quodcumque aliud corpus in quantitate vel similitudine vel infinitum, idque propterea quod occupet omnia spatia: ita DEUS non propterea dicitur infinitus, quod alia Entia excludat; sed tantum quod excludat aliud eiusdem infinitae perfectionis; ast quia hoc quam maxime attingit questionem de Immenitate DEI; ideoque hoc ipsum suo remittamus loco.

Dices 2. quicquid sit: infinitum tamen perfectionis confusè continet omnium aliorum Entium perfectionem, non vero distinctè: alias unum Ens esset in se divisum in multas essentias.

Resp. Infinitum in primo Ente non dicit negationem consummatæ perfectionis, quando res inchoata & nondum perfecta dicitur non finita, haec enim magna imperfectio est; sed dicit negationem termini rem limitantis: adde quod haec perfectiones in DEO non sint formaliter, sed emi-

nenter, de quo plusa ante §. 8. Sed infinitate hac in essendo pluribus haec tenus de primo Ente probata, vestigia nostra positionis sequentes, hanc DEI essentiam ulterius probemus esse ineffabilem.

§. ii. Dicimus ergo II. Essentia DEI est ineffabilis. Id quod vel ipsi etiam Ethnorum Philosophi solo rationis ductu facilius necesse habuerunt: Hiero, ut Cicer. l. i. de nat. Deor. confirmat, cum à Simonide quæsivisset, quid aut qualis esset DEUS? deliberandi causâ unum diem Simoniades sibi postulavit; postridie vero ab Hierone idem quærente biduum petiit; cum vero sèpè di erum numerum duplicaret, admiratus Hiero quæsivit: Cur ita dies ampliaret? quia, inquit, quanto diutius considero, tanto res illa ad cogitandum & eloquendum mihi videtur obscurior. Sic Plato, teste Plotino En. 6. l. 4 c. 4. Summum Numen neque scribi, unquam, nec dici posse ait: idem & Hermes allegante Laestantio lib. 4. de vera Sapient. c. 7. Τὸν ἑρεμόν Θεόν τὸ διωτατὸν αὐθεωτίνον συγκληταληθεύει, & paulò post ad Filium, ἀπίστητος λέγεται. Σοφίαν οὖτε θεόν τε μέρες κρείτινον

Dd

**QUESTIONES** ad **Scaligerum** est. Sic Porphyrius 2. de Sacrif. Silentio, inquit, colendus est DEUS quem eloqui non possumus. Sed quid juvat paginas Ethnicorum Philosophorum dictis cumulasse? respiciamus ad argumenta, quae DEUM apoyent & apergant evincunt: ne autem ex ostentantia fallaciam nugeat & ceteros sive alterius questionis incurramus; removeamus removenda, attingamus verò ea quae in questionem veniant. Prænotemus ergo, quoad terminum *ly ineffabile*.

S. 12. Ineffabile aliquid dicitur 1. absolutè, 2. respective. Absolutè id ineffabile dicimus: de quo nec illa vox, nec terminus formari potest, quo quovis etiam modo conceptum nostrum de aliquo objecto formatum, exprimere possumus. Respective sive *τοιχη* ineffabile dicitur: cuius essentia secundum totam perfectionem nullo vel termino vel oratione adiquatè exprimi potest: quoad priorem termini acceptiōnem, negamus DEUM esse ineffabilem.

#### Argumentum 1.

Nullum absolutè ineffabile fit objectum *λόγος*; quatenus ille vel *οὐτινός* ψυχῆς sive per modum conceptus; vel *εἰδῶς* sive *τοιχη* & omnia.

DEUS sit objectum τοῦ λόγου tum quatenus ē *Αγγελός* tum *τρεφόεντος*. E. DEUS non est absolute ineffabilis.

Dices ad minorem: Intellectus non percipit objecta spiritualia; quia quicquid est in intellectu, id prius fuit in sensu.

Resp. 1. Si intellectus non perciperet objecta spiritualia; quid fieret de ipso intellectu quatenus à seipso est cognoscibilis? Sane ut verba Scalig. exerc. 307 utar: intellectus ipse haberet Deos valde iratos, qui se sibi invidissent, si se ipsum non intelligeret: hinc perbellè Hurtad. de Mendoz. Disp. 2. de Anim. l. 1. §. 8: Si quis neget se cognoscere res spiritualiter; sui ipsius verbis convincitur; quo enim patet negat se apprehendere spiritualia; cum id negare non possit nisi ea apprehenderet.

Resp. 2. Intellectus percipit objecta spiritualia in conceptu proprio; i. e. non competenti alteri; nam de Angelis concipimus, illos esse incorporeos, immateriales; qui conceptus non competit rebus materialibus; ast ille conceptus in intellectu non repræsentatur per Speciem propriam, sed per speciem alienam: Sic intelligimus Angelum ad modum formosus juvenis, imò ipse intellectus ad se ipsum contemplandū.

dum indiget speciei rei materialis, & imaginatur se sibi anima per speciem rei materialem, fumi alicujus, aut Spiritus subtilis, scuti lineam mathematicā concepimus ad modum filii extensi, & punctum instar minutissimi corporisculi; ratio hujus rei hæc est: quod intellectus noster ita sit alligatus phantasmibus, ut sine illis nil quicquam percipiat; hæc vero phantasmata oriuntur à sensibus externis, qui sensile deferrunt ad sensus internos, communem &phantasmam, quædeniq; ipsi intellectui illud offert, in quo & per quem mutatur in intelligibile; quia ergo immaterialia non à sensibus percipiuntur, neque in Phantasia representantur; ergo dum representantur ad modum rei corporeæ, non representantur in specie propriâ sed aliena: ast cavendum ne in ipsa rei corporeum singatur: aliud enim est per modum corporis aliquid apprehendere, & aliud per modum corporis rei, aliquid attribuere: concipit intellectus hoc ipsum, non ut rei immateriali tribuat; sed ut mediante tali specie melius ab objecto removeat quod minus illi conveniens.

Resp. 3 Nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu, vel primò per se & primariò per speciem propriam

ut color, vel secundò per se & secundariò per speciem proprii sensibilis modificatam, ut sensile commune, vel tertio per speciem alienam, ut substantiæ, Spiritus, accidentia non sensibilia: hisce ad de sensile in ipso suo effectu, quale est DEUS, juxta illud Pauli ad Rom. 1. v. 20. Argumentum 2.

In cuiuscunq; rei perceptionem homo provehitur tum nominibus discretivis, tum integris enunciatis; id ipsum non est absolute ineffabile.

In ipsis DEI perceptionem bono provehitar, tum nominibus discretivis, tum integris enunciatis. E. DEUS non est absolute ineffabilis.

Major: quia mediantibus vocibus provehimur in ipsis rei cognitionem, ita ut voces sint signa manifestativa conceptus, ita etiam sunt signa suppositiva rerum.

Minorem confirmant Theologi & Philologi nominibus נָהָר וְתִירָן, nec quicquam contra hanc minorem attrahit instantia quorundam quia instant: Si DEO proprium nomen competit, tum ei competit vel abstractum, vel concretum: non hoc; quia DEUS est Ens simplicissimum, non illud, quia abstracta non denotant rem per se substantem. Resp. Dantur nomina quæ nec abstracta, nec concreta strictè sic dicta.

Dd:292.2.2.11. §. 12. Qvo-

S. 12. Qvoad posteriorem termini ineffabilis acceptiōem, sit Conclusio prima: DEUS intellectui finito clarè DEUM intuenti est incomprehensibilis, & consequeenter ineffabilis comprehensivè. Huc spe-  
ctant verba Ampliss. & Excell.  
Dorschei in pentadec. dis. 1. compre-  
hensiva & adeqvata DEI visio nec  
Angelis, finitis utiq. Spiritibus, com-  
petit; intuentur Angeli essentiam di-  
vinam clarè, sine intervenitu figura-  
rum immediate, sed quatenus per-  
mittit Majestatis divinæ infinitas Angelicarum mentium angustia. Hòs  
quoque modo intuebuntur beati. I-  
dem B. Scheib. Metaph. l. 2. cap. 3.  
punct. 3. n. 23. Comprehensiva noti-  
tia non solum non cadit in intellectum  
creatūm prout est in pure naturali-  
bus; sed nec ut est gratiōē illuminā-  
tus: & c. 4. punct. 4. Comprehensi-  
vam DEI cognitionem Angelo non  
tribuimus, sed solum qvalemus qvæ  
quam ista disproportionē non impedit.  
Plura vide de intellectu intelligen-  
tiarum apud Philosophos in Pneumaticis. Conf. Thom. 2. d. 25.  
q. 2. art. 1 & Jacob. Martin. Exercit.  
Metaph. circ. intellectum Angelor.  
Sed missis autoritatibus ad Argu-  
menta nos accingamus: Arg. 1.

Quibusq; DEUS est incom-  
prehensibilis, illis etiam est ineffabilis  
comprehensivè. Qvia voces se-  
quuntur naturam conceptus, ha-

enim sunt conceptuum signa: ne-  
mo autē plus potest eloqui qvā  
concepit, menteq; apprehendit,  
inde firmiter intero: in quantum  
DEUS à rebus finitis concipiatur,  
intantum est effabilis.

Intellectui finito clarè DEUM in-  
tuenti, DEUS est incomprehensibilis.  
(Loquimur cum Cl. citatis Philo-  
sophis de intellectu finito extra  
unionem hypostaticam, ut exclu-  
datur intellectus nostri Salvatoris,  
ad qvod mysterium, ratio plus ca-  
cutit qvam noctua ad meridiem)

E. Intellectui finito clarè DEUM  
intuenti DEUS est ineffabilis compre-  
hensivè. Minoris ratiō clarescit  
ex veritate cognitionis compre-  
hensivæ; qvæ exhaūrit cognoscē-  
do adæqvatè latitudinem v. g. in-  
finitæ DEI essentiae, ita ut inter  
objectum cognitum, & Essentiam  
infinitam & inter intellectum in-  
videndo seu cognoscēdo, sit sum-  
ma adæqvatio: ast talis adæqvatio  
non est inter Essentiam DEI infi-  
nitam, & inter intellectum intel-  
ligentiarum finitum: nam qvanti-  
tumvis earum intellectus clarè Es-  
sentiam DEI intuendo elevetur;  
tamen earum intellectus semper  
est manetq; in tali intuitione finita  
virtutis: vid. Metaph. Scheibl. l. c.  
ut & Exercit. Metaph. Martin. l. c.  
qyicq; id autem ita ampliatur seu  
elevatur.

elevatur, ut tamen adhuc sit finitæ virtutis, illius utique respectu Deus est incomprehensibilis: & quamvis videatur totus; quia simplicissimus est; non tamen videtur adæquatè, cum omnibus Essentiæ intimis & abditissimis, idq; propter infinitam suam eminentiam.. Argum. 2.

Si Essentia divina est effabilis natura finita & intellectuali Deum clarè inveniunt; aut est effabilis alius inferioris status, extra visionem Dei, aut alius ejusdem status: ast neutrum, ergo nec prius. Ratio minoris quoad primum membrum est hæc: quod nulla verba (sermo nobis est de non minibus vocalibus, quæ ex impositione significant, nam spiritualia si-  
ve in etiæstua, non sunt aliud quam conceptus ipsi: unde hoc ultimo sensu non aliter Deus ineffabilis est, quam invisibilis & incognoscibilis) excogitari queant; quæ in aliis generent talem conceptum qualem Beati actualiter habent, cum similis conceptus haberri nequeat, nisi pervisionem beatificam: quod si ergo hoc: multo minus verba excogitari queant, quibus alius inferioris status Deus effabilis sit adæquatè. Ratio minoris quoad alterum membrum est: quod uti unusquisque eorum non comprehensive cognoscit Deum; ita nec ulla voce Deo ipsi adæquatè est effabilis.

Dicces: Sufficit si vox vel ab Ente

finito, vel ab ipso Deo ita proferatur, quæ ad significandam Dei essentiam apta illam prout in se est significat, sive per illam alius quispiam inferioris status veniat in perceptionem divinæ Essentiæ adæquatam, sive non; nihil interest. Resp: Vocabularia formalitas est rem manifestare auditui, ita: ut audiens mediabitibus vocibus perveniat in rei perceptionem, inde tritum illud in Philosophorum otio: dictionis vis extra significationem nullæ, nullusq; usus: & Arist. l. 3: Rhet. c. 2. dictio est in pñ dñs si ni manifestet; τοινός δὲ σαύτερον. Significatio ergo non est judicanda ex imponente sed ex audiente, qui voce provehitur in rei cognitionem: quia vero fieri nequit, quod illum nomen ita significet, ut audientem faciat pervenire in cognitionem Dei propriam, prout Deus in seipso est; ideoq; nec tali modo Deus effabilis dicendus adæquatè.

Contra illa quæ hactenus sunt asserta pugnare videtur Conradus Vorstius in lib. de Deo & attributis divinis p. 237. probans enim Deum sensu, visu sc. posse apprehendi, & quidem beatifice, colligit non prorsus illum esse infinitæ Essentiæ: stante ergo hoc Vorstii asserro, ultrò sequitur: Deum nec absolute esse incomprehensibilem nec ineffabilem.

Dd. 3.

Resp:

Resp. Obiectio haec attingit quæstiōnem illam: Utrum Deus possit esse obiectum sensus, visus sc. sive oculorum corporis: quidam statuant affirmativam, distingventes ramen inter oculos nudè corporeos, & simul clarificatos, monentes modum eiusdem & receptionis, non tantum gloriosum, sed & olim imperscrutabilem esse: unde admonent, abstinendum esse disputare hoc loco cum Scholasticis, de medio visionis, de distantia & situ, de excellentis objecti ad oculum proportione: Alii verò visionem hanc essentiae divinæ referunt ad intellectum: cum potentia non excedat suum objectum adæquatum; visus verò objectum adæquatum est, visibile corporeum, ut color & lumen, Deum verò lucidum esse non physicè vid. D. Grau. illustr. quest. qv. 6. tb. 8. disp. 1. D. Calixt. in Concord. pat. Evang. l. 2. c. 1. Sed hanc controveriam non facimus nostram.

S. 14. Quid posteriorem termini ineffabilis acceptiōnē sit Conclusio secunda: Deus est ineffabilis omni Enti intellectuali intra vires naturales considerato. Hęc Conclusio per se fluit ex precedentib: Arg. I.

Quicquid est impossibile Enti finito intra Activitatis sphera ampliato, id multò magis ipsi est impossibile intra sphera mērē naturalem.

Essentiam Dei adæquatè cognoscere

Eloqui, est impossibile omni Enti finito intra Activitatis sphera ampliato. E.

Essentiam Dei adæquatè cognoscere Eloqui, est impossibile multò magis Enti finito intra sphera mērē naturalem. Argum. 2.

Quicquid non est proportionatum viribus intellectus creati ad comprehensivè cognoscendū, id nec est proportionatum ejusdem viribus ad comprehensivè per voces efferendū.

Essentia divina non est proportionata viribus intellectus creati &c.

E. Nec est proportionata &c. Majoris veritas est eadem cum illa quam dedimus ad propositionem maiorem in Arg. I. § 12, huc quoque adduc pro probanda minori quædiximus ad minorem illius Argumenti. Adde præter illa: omnem intellectum habere aliquod objectum maximè proportionatum viribus intelligendi, v. g. si objectum intelligibile est inferioris ordinis: percipit illud, elevando id ipsum ex inferiori statu ad superiorē: Si autem superioris ordinis; illud sibi reddit proportionatum, ut ne plane illud ignoret aliquid pro facultate sui intellectus apprehendat & cognoscat: inde Philosophicum illud: modus concipiendi est proportionatus modo essendi v. g. quia intellectus humanus corpori conjunctus

Cetero ad eō est insimū, ut nec seipsum  
nec substantiam animæ suæ habeat  
pro objecto proportionato, sed so-  
lum Ens materiae; ideoq; ad illud  
quicquid apprehendit, comparat.  
Ita etiam omnis intellectus finitus,  
intelligit objectum cognoscibile  
suę capacitatē accommodando, si sc.  
illud objectum est superioris ordi-  
nis, (quale objectum est Deus in re-  
spectu ad quem cuncti intellectum  
finitum) commensuratur ad fiscal-  
itatē & capacitatē intelligendi  
i.e., intelligitur & cognoscitur in  
tantum, in quantum capacitas &  
finitas intellectus illud permittit. Et  
ex hoc ipso resultat, quod; quia di-  
vinus intellectus suam Essentiam  
habet ut objectū maxime sibi pro-  
portionatum; intellectus ille divi-  
nus adæquat̄ essentiam divinam  
cognoscat. Inde Scholastici pecali-  
arem circa ineffabilitatem Dei quæ-  
stionem formarunt: Ucrumine, cum  
essentia divina, sit intellectus divino  
adæquata; Deus sibi ipsi etiam sit ef-  
fabilis? vel quod idem est: u. nū  
Deus seipsum satis, sive adæquat̄  
eloqui possit.

§ 15. Verum quæstionem hanc  
earum classi adjudicamus, quæ mul-  
tas alias Scholasticorum quæstiones  
otiosas, steriles & ~~imp̄ge~~ ~~24x~~ ~~re~~ ~~cās~~  
continet, quarum quasdam recen-  
set D. Danh. in pref. Auctarij quæsti-  
onum moralium, quales etiam sunt

inutiles Rabbinorū quæstiones v.  
g. cur Deus prohibuerit suillam,  
non carnem leporinam &c. Cetero  
rō quia quæstionem illam quod atti-  
net: quamvis quidam illam affir-  
ment, vid. Ocham, Gabriel, quorsum  
& alii referunt Scotum: potiores tñ.  
illam plane negant: Argumentum  
pro negatione potissimum tale ur-  
gent: Si Deus essentiam suam ad ex-  
tra adæquate esseret, aut ipsam ef-  
feret voce unā, aut oratione conti-  
nuā: ast nulla vox ita dari potest,  
quæ infinitam essentiam in totā suā  
latitudine exhaustiret: nec integra  
oratione illa enim aut finiretur aut  
non: si finiretur; Essentia oratione  
esset comprehensibilis: si non fini-  
retrur, etiam si per totā æternitā-  
tem Deus de scipso loqueretur; uti  
oratio interminabilis, ita & per il-  
lam Essentia illa infinita nunquam  
adæquate esset effabilis. Verum has  
aliasq; otiosas quæstiones intra  
Scholasticorum mentes fictas & ef-  
formatas ad eorum Scholas relege-  
ratus unde egressæ sunt. Nobis hac  
vice sufficiant, quæ de Dei ineffabi-  
litate hisce pagellis deditimus. Ex  
hisce vero quæ de ineffabilitate Dei  
edisserimus, tempestivè queritur:  
quod si Deus non comprehensibilis,  
nec effabilis; sit tantum apprehensi-  
bilis in suis attributis; quomodo in  
in illis attributis apprehendatur?  
& ex

& ex hoc sequitur jam tertium nostrae positionis assertum.

§. 16. Dicimus III. DEUS apprehenditur in attributis per inadæqvatos conceptus.

Utrum attributa divina Essentiam actuent accidentaliter id multis antehac contra Vorstium examini dedim⁹ alibi. Supponitur ergo h.l. ut concessum: omnia divinæ Essentiaz attributa, inter se habere eandem identitatem; huc spectant verba Anselmi in monolog. c. i 6. cūm igitur illa natura nullo modo composta sit, & tamen omnimodè eorū illa bona sint: necesse est ut idem sit quodlibet unum eorum, quod omnia sunt simul. Dices: Sunt omnia numero idem; quicquid ergo prædicatur de uno, prædicatur de altero: En argumentum:

Justitia Dei hominem dñnat.

Misericordia Dei est justitia Dei. E. Misericordia Dei hominem dñnat. & consequenter misericordia puniret, justitia misereretur. Resp. Confunduntur attributa qd. considerantur ex parte rei sive ex parte essentiaz divinæ, & qd. considerantur quoad inadæqvatos nostros conceptus: quamvis enim ex parte essentiaz divinæ justitia & misericordia sint in se pures; nihilominus quod mensid non attribuat justitiaz, quod attribuit misericordiaz; resultat exinde: quod adæqvate appre-

hensā misericordiaz, non apprehendat justitiam & reliqua attributa; quod fit quod quicquid attribuat misericordiaz non attribuat justitiaz. Sequitur verò mens nostra in hac apprehensione inadæqvata, aliquod fundamentum, quod desumit à diversitate operationis: cūm enim mens cernit eandem essentiam divinam secundum adæqvatam rationem omnium Attributorum non simul operari; sed in hoc alium, in illo iterum alium, & quidem oppositum s̄p̄ius effectum relinqueret, v. g. nichil homo dñnatur, alter salvatur &c. ideoq; ex illa inadæqvata unius indivisibilis essentiaz divinæ operatione (quia nullus effetus est adæqvatus virtuti divinæ, ita ut in singulis effectis Deus operando repræsenter unum quodque v. g. in effecto equi; Canem, Leonem: in homine dñnato, salvatum,) fundamentum distingvendi, & diversimodè prædicata applicandi arripit: inde fit quod misericordiaz tribuat opus miserentis, justitia opus punientis. Huc spectat aliorum distinctio, qva dicunt attributa Dei distingvi non realiter, sed virtualiter: estq; haec distinctio talis, qvā aliquid in se est indistinctum, & una res simplex; in operatione tamen ita se præstat, qvā continet aliquam diversitatem: v. g. vis indurativa, liqefactiva, condensati-

densativa &c. in radibus solaribus virtu-  
tualiter distinguntur, cum tamen unus idemque calor omnia ista effe-  
cta producat. Ad argumentum ergo dicimus, quod iustitia hominem  
damnet, intellige secundum illum  
conceptum, quo illam apprehen-  
dimus ut iustitiam, & nos ut misericordiam: Ita negatur minor.

§. 17. Verum hoc nostrum assertum maximè oppugnant Scotistæ: qui inter realem & intentionalem, medianam aliquā excogitarunt, quam dixerunt formalēm. Dicunt ergo attributa divina, tum ab Essentiā, tum inter se distingvi formaliter, vid. Johā de Rada l. 4. cont. 4. p. 59. Verum ut Scotistarum mens appa-  
reat: dividunt Scotistæ rationem distingvendi in distinctionem ex naturā rei & rationis: per distinctionem ex naturā rei intelligunt distinctionem quovis etiam modo realēm: inde etiam est quod distinctionem hanc postmodum dividant in Realem & Formalēm. Realēm distinctionem vocant distinctionem in rem & rem, sive essentiam & essentiam. Distinctio ex naturā rei formalis: est, juxta Scotum in 1. dist. 2. q. 4. inter ea quae sunt idem realiter seu una res: habent tamen distinctas rationes formales objectivas, seu distinctos conceptus objectivos, ita: ut unum non in-

cludat aliud in ratione sua formalis sic quia in ratione sua formalis sub-  
jectum ens non includit suas passi-  
ones; animal, rationale; distin-  
tingvuntur hæc ipsa ex naturā rei  
formaliter, sic citante Rada l. 1.  
cont. 4 p. 59. Verba Scoti de hac di-  
stinctione hæc sunt: illa distingvun-  
tur formaliter, quorum alterum  
non includit alterum per se primō  
modō: primō modō i. e. cum alterum  
non exprimitur per definitio-  
nem alterius, ita ut intelligatur per  
definitionem cum altero esse realiter  
idem. Ita formaliter idem sunt  
definitum & definitio. Hoc distin-  
ctionis genus Scotistæ dicunt non  
saltem esse in rebus finitis, sed & in  
infinito, nec tantum quoad personalites ad essentiam, sed etiam at-  
tributa.

§. 18. Sed argumentemur in con-  
trarium, & quidem ex gratiā quoniam

Quæcumq[ue] ita distingvuntur à parte  
rei, ut distinguantur circa mentis ope-  
rationem; illa distingvuntur realiter.

Attributa divina que distingvun-  
tur formaliter, tum à se invicem, tum  
ab Essentiā, distingvuntur ita à parte  
rei, ut distingvuntur circa mentis  
operationem. E.

Attributa divina, que distingvun-  
tur formaliter, tum à se invicem, tum  
ab Essentiā, distingvuntur realiter.  
Majorem q[uod]em oīli hospes in prin-  
cipiis

Ee

cipiis Metaphysicis negabit, id n.  
reale dicimus: quod est à parte rei  
citra mentis operationem, quæ au-  
tem differunt ut Ens & Ens, res &  
res, utiq; differunt realiter. Minor  
vero non est nostra sed Scotista-  
rum: Conclusio ergo erit legitima.  
Ast stante hac conclusione, Deum  
ex pluribus realiter distinctis com-  
positum introducent. Excepit Rada  
concedendo distinctionem hanc  
formalem esse realēm; ast in oppo-  
sitione tum contra distinctionem  
quæ essentialis, tūm quæ rationis:  
verum nihil hac distinctione evin-  
cit, quām quod non distingvuntur  
à se invicem ut essentia & essentia;  
manet: tamen adhuc quod distin-  
guntur realiter ad minimum per  
rationem modi, ast modus non est  
res ipsa modificata, intellige modum  
formaliter spectatum. Addo:  
si hæc distinctione formalis opponatur  
distinctioni Rationis, sequitur  
quod sit propria distinctione: siq-  
uidem Rationis distinctione, non est  
impropriæ Rationis, sed propriæ,  
qvicunq; verò terminus ita accipi-  
tur, ut suo opposito propriæ acce-  
pto opponatur, ille terminus utiq;  
accipitur propriæ, v. g. Candidus re-  
fertur ad colorem & qvidem  
propriæ, deinde refertur ad animū,  
sed impropriæ; oppone jam can-  
do, nigrum esse, & qvidem in si-

gnificatione priori; terminus pro-  
priæ acceptus opponitur termino  
propriæ accepto: contra si oppo-  
natur posteriori sensu; impropus  
opponeretur proprio. Ast priori  
modo oppositio inter formalem &  
Rationis, distinctione est inter termi-  
nos propriæ acceptos, nam illa  
propriæ distingvuntur notionaliter,  
quæ distingvuntur cum opera-  
tione mentis: ergo illa distingvuntur  
formaliter, quæ distingvuntur  
citra mentis operationem.

§. 19. Sed regerunt Scotistæ, ma-  
xime Rada, quod licet hæc Attri-  
buta nec non Relationes personales  
in Deo ab essentiâ distingvuntur  
formaliter; tamen exinde non sta-  
tim seqvi: hæc ipsa in Deo compo-  
sitionem inferre: nam in compo-  
sitione alterum extreum ad alte-  
rum se habere per modum poten-  
tiæ ad Actum, ast tale quid nil dari  
in Deo, siquidem Deus est Actus.  
purissimus: Resp. Nec tali modo se  
extricarunt: suppono enim: Rela-  
tiones in Deo ab Essentiâ distingui  
formaliter, i. e. realiter, qvis non  
videt stante tali hypothesi etiam in  
Deo dicendum esse alterum ad al-  
terum se habere per modum Actus  
& Potentie v. g. Essentia est com-  
munis tribus Personis, & de se non  
magis est Pater qvā Filius, nec  
magis Filius qvā Pater: hæc ca-  
ment

men essentia per Paternitatem est Pater, non Filius; per Filiationem est Filius & non Pater: quis hoc loco stante Scotistarum sententiā non diceret: Essentiam ad Patrem actuari Paternitate per modum Actus & Potentiae: Siquidem essentia ultimato actuaret se & contraheretur personaliter per paternitatem. Imo quod magis absurdum: Si negent, ea in Deo realiter sive formaliter distincta non inferre compositionem; sed stare cum identitate essentiae; manifeste contradictionem in terminis impli- cent: nam plura illa quae idem essentialiter; aut sunt idem per essentialem compositionem, qua dicimus animam & corpus in unione naturali esse eundem hominem; aut erunt idem accidentaliter citra compositionem seu unionem: non prius; ergo posterius; quae autem illa identitas in Entibus per aggre- gationem sine ordine & unione. Mittamus hæc: Nostrum argumen- tum pro nostro asserto sit tale:

Quacunque ex parte rei sunt sim- plicissima numero essentia; quam in- adequare significando intellectui no- stro quoad conceptum formalem si- stunt; illa non differunt realiter, seu ex parte rei; sed saltē quoad illos inadeguatos conceptus, quos signifi- cando intellectui relinquent. Major hæc satis perspicua.

Attributa divina ex parte essentiae sunt una simplicissima numero essen- tia, quam inadeguate significando intellectui nostro quoad conceptum formalem sstunt. E. Prior membrum est evidens per se: Alterum ita sta- bilimus; ponamus hanc proportionem: Deus est sapiens; hac Deo non nudum nomen sapientiae, sed cum nomine etiam sapientiae ratio tribuitur: relinquit ergo prædicatum hoc conceptum sapientiae inteliectui: at hæc ratio sapientiae quoad conceptum formalem non est adæquata tali Dei essentiae; nam quicunque est conceptus formalis Sapientie, ille non est conceptus Justitiae, Veritatis, Omnipotentiae; Imo si accuratè pensitemus: intel- lectus prædicatum hoc in Deo ne- quidem apprehendit in via expref- soris explicationis, qualis appre- hensio fit in illis, quorum conce- ptus quidem etiam resolvuntur in distinctos; ast ita; ut alter sit de in- trinsecâ ratione alterius, qualis conceptus est substantiae, cum re- solvitur in Perseitatem & Entitatem; siquidem in ipsa perseitatem, ita in- cluditur Entitas Substantiae; ut quando Ens determinari dicitur ad substantiam per perseitatem, idem sit ac si dicas: determinationem fieri per substantialitatem, id est: per se ipsam: sed talis conceptus non.

non est de Deo & Sapientia Dei,  
nam mens pro imbecilitate sua at-  
tributa non apprehendit nisi in viâ,  
ut loquuntur Scholastici, quasi com-  
positionis, quâ mens unû apprehen-  
dit extra alterum, apprehendit n. al-  
terum sub ratione. Attributi, seu  
proprietas, & sub illa essentiam  
non adæquate, sed inadæquate. Ad-  
de: si prædicatum in hoc enuncia-  
to adæquate essentiam Dei signifi-  
cando præsentaret, mera esset nu-  
gatio dicere: Deus est justus, est misé-  
ricors, &c. id quod nemo nisi quis  
ad ipsum Solem cœcutire velit, af-  
firmabit. Et hæc ratio est, quod quidam  
hæc attributa affirmant distin-  
giu formaliter, non sensu Scotisti-  
co sive ex parte rei; sed ex parte  
conceptus formalis, quo sub alio  
& iterum alio conceptu formaliter ab  
intellectu apprehenduntur: sum-  
pto fundamento hujus diversitatis  
ex operationum diversitate: cum  
tamen ex parte essentia omnia  
hæc ipsa sint *lau* *nō*. Tempestivè  
itaque b.l. observandum dicimus:  
Id quod in hisce attributis B. Scheibl.  
observari admonet l. 2. c. 3. Art. 3.  
n. 102. quod in istis attributis for-  
maliter describendis semper fiat  
ipsius Essentia connotatio, quoties  
per illa adæquatus conceptus suo  
modo dandus est: v. g. si *eternitas*

in respectu ad essentiam sit danda,  
non sufficit negationis termino-  
rum mentionem fecisse; sed simul  
ipsius essentia h. m. *eternitas* est  
ipsa Dei essentia interminabilis &  
indefectibilis, quoad durationem,  
tum à parte ante, tum à parte post:  
Non verò est duratio carente prin-  
cipio & fine: ratio hujus rei est,  
quia eternitas intinsecè includit  
ipsum essentiam Dei infinitam.  
Idem & meritò observamus in  
omnibus aliis Dei attributis. Sed  
claudimus verbis Biel i. sect. dist. 2.  
q. 2. quibus in hisce Dei attribu-  
tis, hoc modo procedit: 1. Ac-  
cipiendo perfectionem pro re ipsas  
qua perfecta est; non sunt in Divi-  
nis plures perfectiones attributales;  
omnia enim in divinis, quae sunt com-  
munia tribus, non plurificantur, sed  
sunt unum simpliciter & una simplex  
essentia, & perfectionibus istis penitus  
indistincta. 2. Accipiendo perfecti-  
ones attributales pro conceptibus vel  
signis, nec sunt Deus, nec divina essen-  
tia, sunt enim CONCEPTUS vel  
*SIGNA* divinam essentiam signifi-  
cantia. Et tunc sunt multa unicarum  
perfectionium divinam non oritur a vnu-  
m significantes termini scilicet  
vel affirmativi vel negativi,  
absoluti, vel conno-  
tati.

# MANTISSA.

**Q. Num Muscæ gaudeant memoriâ?**

**P**hysici communī suffragio, memoriam, licet non intellectivam; sensitivam tamen illis tribuunt animalibus, qvæ propriè & perfectè de loco ad locum distantem se mouere possunt; sive id fiat motu progressivo per terram, sive volando per aërem, sive natando per aquam: memoria enim in hunc finem brutis videtur data: ut ad distantem locum moveri possint, quoties fugiunt nocitiva & inquirunt utilia; & quidem ut talia qvæ aliquo modo fuerint experta. Verum hic queritur de Muscis; numne & hæ gaudeant memoriâ? Aristoteles Muscis memoriam denegat etiamsi ad loca maximè diffusa moveantur: ratio negati est hæc: qvod Muscæ semel in loco pereūsse, & ex illo turbatae, importunè ad eundem redeant. Verum hæc ratio videtur minus sufficiens pro hac negativa: cum potius id fieri possit ex delectationis memoriâ qvam ibi capiunt, & ex vehementi appetitu: vel etiam qvia objectum illud aliquo modo semper est præsens & quidem vel per visum, vel per olfactum & obinde objectum illud mouet vehementius:

*Prastantissimo Dn. RESPONDENTI.*

**P**ost haustos latices sacros, post pectora JOVÆ  
Splendida notitia, plenaq; luce saerâ,  
Jam natura suas Vires intelligit, inde  
Explicat ingenium judiciumq; suum,  
Cognitiōq; datur tandem abstractiva Sophiæ,  
Qvam JORDANUS, amor noster, Amice, probat.  
Jordan transi Duce tanto flumen, & ibis  
In terram sanctam latus ovansq; brevi.  
*Benevolentie mnemosynon scrib.*  
**Joh. Georg. Dorscheus, D.**

**S**ic infinitum, sic non- effabile Numen,  
Finis calamo reddere & ore paras?

*Praefidit*

Praeside nempe pio tua dulca modestia , quam sic  
Numinis immensi gloria magna , refert.  
Cum Voto HERMANNUS Schuckman/Th. D. & Prof.

---

Ad Preccellentem DOMINUM RESPONSRUM  
DE INFINITE ET INEFFABILITATE DEI.

**E**ns quod sine caret natura; quod caret ortu  
Dicere si poteris, num , sine fine , probas?  
Quod fari, fuerit qvì non effabile Numen?  
Sed benè: nos umbram, se videt ipse DEUS.  
Angelis haut infinitum capit, Angelicusq;  
Sermo infinitum non capit ille DEUM.  
Non Moses , nedum venerabilis ille Prophetarum  
effatur pleno cernit & orbe DEUM.  
Quid nos? sed laus est vel balbutire , potentis  
Laus est Sionis , multa tacere , DEI.  
Et quod non vel lingua capit, vel mentis imago  
Linquere coelesti cum pietate choro.

Iabant quò poterant, quò non poterant ibi stabant.  
Hanc , RUDOLPH E , Viām grator, Amice , tibi  
JORDANO q; tuo Sapientum ad tempora serena  
Ductori. Cœlo pagina vestra placet.

Honori & amorierga Dn. Responsurum  
AUGUSTUS VARENIUS, D.

---

**Q**uare Tu, WALDBAUMI , nobis dilectus es hospes?  
Principium studij ponis, Amice, DEUM!  
Cum Benedictione scr. BERNH. GOSMAN, D.

---

**O** Perfecta DEI Deitas! Perfectio nostra  
Umbra ; quid extollis pomposo lumina fastu  
O homo! qvì nihil es quam fumus, pulvis, & umbra,  
Nec diurna manes, refugis velocior Euro.  
Umbra ! DEO cedas; quo non perfectior ullus.

Cum Voto apposuit P R A E S E S.

---

**N**uminis excelsi quod sit perfectio summa.  
Doctus , WALBAUMI , differis atque probas.  
HARTMANNUS Möring.





men essentia per Paternitatem est Pater, non Filius; per Filiationem est Filius & non Pater: quis hoc loco stante Scotoriarum sententiā non diceret: Essentiam ad Patrem actuari Paternitate per modum Actus & Potentie. Si quidem essentia ultimato actuaret se & contraheretur personaliter per paternitatem. Imò quod magis absurdum: Si negent, ea in Deo realiter sive formaliter distincta non inferre compositionem; sed stare cum identitate essentiae manifeste contradictionem in terminis impli- cent: nam plura illa quae idem essentialiter; aut sunt idem per essentiam compositionem, qua dicimus animam & corpus in unione naturali esse eundem hominem; aut erunt idem accidentaliter: citra compositionem seu unionem: non prius; ergo posterius; quae autem illa identitas in Entibus per aggre- gationem sine ordine & unione. Mittamus hæc: Nostrum argumen- tum pro nostro asserto sit tale:

Quacunque ex parte rei sunt sim- plicissima numero essentia; quam in- adequare significando intellectui no- stro quoad conceptum formalēm si- stunt; illa non differunt realiter, seu ex parte rei; sed saltē quoad illos inadeguatos conceptus, quos signifi- cando intellectui relinquent. Major hæc satis perspicua.

Attributa sunt una simpli- tia, quam in intellectui nostri formalēm sūt est evidens pe- bilimus; pononem: Deus non nudum non cum nomine tribuitur: re- tum hoc con- tellectui: at quoad conce- stas ad quicunque est Sapientia, illa Justitia, Veritas. Imò si accuras lectus prædicat quidem appre- ficiis explicati- hensio sit in plus quidem distinctos; al- trinsecā ratio conceptus est solvitur in Per- siquidem in ip- cluditur. Enī quando Ens de substantiam pe- sit ac si dicas: et per substantiam per se ipsam.

sentie-  
essen-  
scando-  
eptum  
drum  
ita sta-  
politi-  
c Deo-  
e, sed  
e ratio  
ædica-  
tia in-  
ientiæ  
n non  
; nam  
malis  
ceptus  
entia;  
intel-  
eo ne-  
xpres-  
appre-  
conce-  
tur in-  
de in-  
qualis  
m re-  
tatem;  
ita in-  
; ut  
tur ad  
idem  
em fi-  
d est:  
ceptus  
non.

